aduerſo poſitis τῆς κατασκευῆς, exiſtimant nõnulli nec licere ingenuo Medico, nec decere illiberalem remediorũ, & pluſquam par eſt, occupatã pręparationem. Sin maiori æquitate negotium vniuerſu putauerimus, ſecus exiſtimabimus. Ait Lyricus:

Solutio dictorum argumentorũ.

Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines.

Ex ijs enim quę priùs à nobis fundamẽti loco ſubſtrata ſunt, ſoli Medico deberi medicamentorũ apparatũ, probè intelleximus, vt nullis vel Diæteticæ vel Chirurgiæ exemplis contrariũ perſuaderi poſſit. Cibi minore periculo hoc vel illo modo parati ꝓſunt vel obſunt. Adhuc minore cætera, quæ habitum ægri, quæ exercitium, aut domicilij attinent conditionem. Chirurgiæ quidem ea portio, quæ exſcindendis veſicæ calculis præeſſe ſolet, Hippocratis tempore ab arte diſtracta, proprijs artificibus peculiaris erat: vt etiã vniuerſa Chirurgia, poſt Hippocratis, Galeniq; tẽpora: quẽadmodũ Herodoti teſtimonio inter Aegyptios ſingularũ corporis affectionũ ſingulares habebãtur Medici: nõ tamẽ inde vlla neceſſitatis vel à minore

com-